



(313) Res enim hoc postulat, ut eorum exspectationi, qui audiunt, quam celerrime succurratur; cui si initio satis factum non sit, multo plus sit in in reliqua causa laborandum; male enim se res habet¹, quae non statim, ut dici coepta est², melior fieri videtur. (314) Ergo ut in oratore³ optimus quisque⁴, sic in oratione firmissimum⁵ quodque sit primum; dum⁶ illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quae excellent, serventur⁷ etiam ad perorandum; si quae erunt mediocria - nam vitiosis nusquam esse oportet locum -, in mediam turbam atque in gregem conicientur.

Hilfen: 1) res se habet (+ adv.) = es steht schlecht um die Sache – 2) [de ea] dici incipere ≈ beginnen, sie (*also die Sache*) zu behandeln – 3) in oratore = dort, wo es um den edner geht – 4) Ergänze: „sit primus“. *Gemeint ist: Wenn mehrere Redner für eine Partei sprechen sollen, soll der beste den Anfang machen.* – 5) *Also das stärkste Argument!* – 6) dum (+ Konj.) = solange – 7) servare = aufsparen